

vident in lumine lune. sicut bubo nocturna et vesperilio. **H**ec proprietates ostendit distinctiōnem doctrinē et predicatōis i beato gregorio. **L**quebatur enim sapientiam videlicet alta et dura et ardua inter perfectos et lac parulis propinabat. **F**uit etiam in eo plenitudo figure. Luna enim diminuta prelatum significat imperfectum. sed plena perfectum. **D**icitur autem figura lune monopodes. a monos quod est unum. et podes forma. quia cum sit tota tenebrosa. in una tamen sui lucet. hanc figuram attendunt illi prelati qui in omnibus tenebrosi sunt. sed solum lucet in habitu clericali. **S**ecunda dicitur optochomos a opra quod est duo. et thomos sortio. quando scilicet luna media sui parte lumen ministrat. **H**anc preferant illi prelati qui cum sint in vita operantur tenebrosa nisi modicum curam suam consecrat in divino officio. **T**ercia dicitur amphitricos. ab ampho quod est dubium. et tricos quod est circulus. quando videtur circulantez illuminata subtiliter tunc inveniunt apparet in aliquo tenebrosa. **H**anc attendunt illi qui licet videantur boni. tamen habent occultum peccatum. sicut qui casti non sunt. et huiusmodi. **Q**uarta dicitur panselenos. a pan quod est totum. et selenos illuminatio. quando scilicet luna illuminat pleno lumine per noctem. **E**t hoc est figura lune quam beatus gregorius in suo sanctitatis exemplo preculit. **A**pplica hinc placet. **F**uit etiam in eo plenitudo virtutis. **V**irtus lune in plenilunio est. quia causat plenitudinem medullarum et humorum in animalibus. sicut patet in concertis et in conchis marinis qui in plenilunio pleni sunt. **S**ic beatus gregorius plena luna virtute creatōnis sue et meritozum effectit hodie medullam gratie spiritual. quod moralia **I**ob et alij sui libri. et precipue divinum officium quod per ecclesiam ordinavit. **P**lene declazant etc.

lxij. Subsermo secundus



Dasi sol resurgens etc. **T**ercio beatus gregorius comparatur soli. **E**t in hoc commentatur quo ad consummationem perfectōis in quo ponitur imitandus religiosus. **I**n sole ergo attendere

debes fulgorem. motum. largitatem. ferorem. situm. apparentiam. et effectum. **T**ria autem prima ostendunt perfectum statum et substantialem in religione. scilicet castitatem. obedientiam. et paupertatem. **C**astitas ostenditur in fulgore. **H**ab. **O** quod pulchra et cetera. **H**inc est quod sepe castitas in eadem doctore intelligitur. **I**nter omnes enim colores candor magis apparet et appropinquat luci. **O**bedientia significatur in motu. **S**icut enim sol movetur ad imperium dei. sic religiosus ad imperium movetur prelati sui. **U**nde lucas. **Q**ui vos audit me audit.

Paupeitas ostenditur in largitate solis. **S**ol enim se cunctis communicat. **U**nde in evangelio. **S**olem suum et cetera. **S**ed verus pauper christi nichil habet proprium. sed cuncta facit communia. **A**lia vero que de sole dicta sunt. quedam ostendunt essentiam perfectōis. sicut feruor et situs quo sol elongatur a terra. et in superioribus agitur cursum suum. **S**ic esse perfectōis est spiritus terrenis in celestibus conversari. **E**t notandum quod situs solis. quanto remotior a terra videtur. tanto maiorem effectum habet in terris. **S**icut patet in estate in qua est maior abundantia lucis et caloris. **S**ic vir perfectus quanto magis intendit in deum et divinis. tanto maiorem utilitatem operatur in proximis. **C**ontra moderni religiosi terrenis per affectōnem a propinquare videtur dum se miscent secularibus negociis neque abundantiam lucis in opere. neque calorem habent in se in mente vel efficiunt in alijs. **U**nde istis convenit illud quod dicitur in zacharia. **I**n die illa non erit lux sed frigus et gelu. **Q**uedam autem ostendunt custodiam. sicut apparentia solis. **S**ol enim in modicum se ostendit et parvus apparet cum sit incredibilis magnitudinis. **S**ic vir perfectus cum sit magnus in conspectu dei tamen se parvum exhibet in conspectu hominum totum quod est reservans divino iudicio. **Q**uedam ostendunt manifestatōnez sicut effectus solis. quia aquas amaras et salias dulces reddit. quas attrahit fursum. **S**ic vir perfectus mala aliorum que audit in bonum convertit. nec solum sibi. sed etiam alijs non credendo sed excusando ut pre que excusare non potest corrigendo. **C**ontra mali religiosi cuncta que audiunt pervertunt. **I**nveniunt mala de alijs. que non sunt parva mala. aggregant. maxima bona occultant. et si occultare non possunt in malum convertunt. **S**ed beatus gregorius sicut sol effulsit in templo dei. id est in ecclesia. **Q**uo ad ista omnia applica dicitur sua etc.